



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Concilivm Romanvm In Causa Lappensis Episcopi Anno Christi DCLXVII.
Celebratvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

- Sententiam visitandi sua.] sententiam visitandi suam parochiam, his potius inferatur iniuria, & moueatur calumnia. Proinde* ANNO CHRISTI 666.
- Cap. 12. *Vt omnes episcopos.] vt omnis episcopus prouincie nostrae, si voluerit, Maneat per omnia licentia.] maneat illi licentia.*
- Electione, presbyteri ipsius.] electione sub presbyteri ipsius ordinatione Illi ministretur, vt non.] illi ministrent, vt non egeat:*
- Cap. 15. *Qui malum aliquid.] qui malum aliquod, quod leges grauiter damnant, admisit, aut abiiciendi eum Episcopus. Ita paulo post dixit eum esse a clero abiiciendum, non abigendum.*
- Cap. 17. *Pœnitentia religatus.] pœnitentia maneat relegatus. Quia & in his discretionis.] quia & his discretionis adhibendus est gradus.*
- Cap. 18. *Fideles esse debent.] fideles esse debebunt. Correptione disciplina.] correptione disciplina feriantur. Ita paulo post loquitur, ab episcopo suo corrigantur.*
- Cap. 19. *Pro singulis diebus.] per singulos dies dominicos sacrificium Recitentur suo in ordine.] recitentur suo ordine.*
- Cap. 20. *Non potuerunt; neque a seruitio ecclesie.] non potuerunt, nec a seruitio ecclesie vnquam discedere, & pro his rebus Sunt vel fuerint facti.] sunt vel fuerunt facti. Liberos facere voluerint.] liberos facere voluerint.*
- Cap. 21. *Pranotata sunt superiori.] notata sunt per ordinem.*
- Cap. 22. *Quia singulari ordine.] qui singulari ordine non manent constricti.*
- Cap. 23. *Perfoluimus laudes.] perfoluimus grates: tanta maiest. collaudantes. Impendimus opem.] impendimus nomen; Plenius diuinitus sibi.] plenius disponit diuinitus sibi. Nunc & in omnia.] nunc & in sacula seculorum. Amen.*

CONCILIVM ROMANVM
IN CAUSA LAPPENSIS EPISCOPI
ANNO CHRISTI DCLXVII. CELEBRATVM.

ANNO
CHRISTI
667.

NOTA.

Causa &
acta Con-
cilii descri-
buntur.

^a *Concilium.*] Ioannes Lappensis episcopus in Creta, ab archiepiscopo suo iniuriam passus, appellauit ad sedem apostolicam, & ne interpositam appellationem ipse prosequi posset, inuitus detinebatur. Elapsus tandem venit Romam ad Vitalianum papam, ipsumque obnixe postulauit, atque coniurauit per terribilem aduentum magni Dei Saluatoris nostri Iesu Christi, vt secundum sacratissimos Canones institutaque sanctorum patrum causæ meritum inquireretur, & sententia promulgaretur. Non despexit iustam petitionem appellantis Vitalianus; verum deferens ipsius appellationi hanc Synodum episcoporum collegit, in qua eius causa cognosceretur. Post causæ diligentem inquisitionem & discussionem cognitum fuit ipsum appellantem graui iniuria affectum fuisse; ideoque communi

ANNO CHRISTI 667. suffragio absolutionis sententiam patres huius Concilii eidem communicarunt. Hæc ex epistola Vitaliani ad Paulum Cretensem supra extante.



V I T A,
E P I S T O L A E T D E C R E T A
A D E O D A T I P A P Æ.

ANNO CHRISTI 669.
* Iouiniano,
* 7. m. 2. d. 17.
* in tanta magnit.
* exhiberet.
* impetrare.
* Mezzentius
* tyrannizauit,
* Tunc
* in
* in populo vix paucis euadentibus, qui per minutissima castra confugerant, & iugamontiu. Auferentes quoque prædam nimiam, & omnem illum ornatum aris, ac diuersarum specieru, que Constantinus a Roma nauigio detulerat, secum asportantes.
* conuenisse
* & multa ibi prædia conueniuit.

ADEODATVS, natione Romanus, ex monachis, de patre * Iobiniano, ^b sedit annos * quatuor, menses duos, dies quinque. * Tantæ magnitudinis fuit mitissimus, ac benignissimus, vt omnem hominem a maiori vsque ad minimum libenter susciperet, peregrinis compassionem * exhibuit, vt etiam vnusquisque quod postulauit sine dubio * impetrauit. Sed & rogam omnibus ampliauit. Huius temporibus * Mezzentius qui erat in Sicilia cum exercitu orientali, * intartizauit, & arripuit regnum. * Et perrexit exercitus Italiæ per partes Istriæ, alii per partes Campaniæ, nec non & alii per partes Sardinia, & Africa. Pari modo venerunt * per Siciliam in ciuitatem Syracusanam, & Deo auxiliante interemptus est nec dicendus Mezzentius. Et multi ex iudicibus eius truncati, perducti sunt Constantinopolim, simul & caput eiusdem Intarta. Postmodum venientes Saraceni in Siciliam, obtinuerunt prædictam ciuitatem, & multam occisionem fecerunt * in populo, qui in castra, seu montana confugerant. Similiter & prædam nimiam fecerunt, & æs quod ibidem a ciuitate Romana delatum fuerat secum tollentes, Alexandriam reuersi sunt. Hic ecclesiam beati Petri, quæ est via Portuensi iuxta campum Meruli, vt decuit, restaurauit, atque dedicauit. Sed in monasterio sancti Erasmi, situm in Cælio monte, in quo * concreuisse visus est prædictus sanctissimus vir, multa noua ædificia augmentauit, sed * & caetera conquisiuit, & in vita sua abbatem, vel congregationem ibidem instituit. Post cuius transitum tantæ pluuiæ & tonitrua fuerunt, quales nulla ætas hominum meminit esse, vt etiam homines & pecudes de fulgure interirent. Et nisi per litanias quæ quotidie fiebant Dominus esset propitiatus, non potuissent homines triturrare, vel in hor-